



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90566467**

N.I. Derselben Monita über solchen, der Kayserlichen, Aufsatz.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.  
Julius.

Urbes, Oppida, Præfecturas, Fortalitia, Propugnacula, hisce bellis occupata absque omni destructione, deterioratione, demolitione aut exportatione annonæ, tormentorum bellicorum, aut reliqui apparatus bellici, nisi in quantum hæc talia post occupationem aliunde invecata sunt. In primis teneatur Domina Landgravia, nomine quo supra, Sacræ Cæsareæ Majestati debitam præstare obedientiam & fidelitatem, quo facto tota Domus Hasso-Cassellana cum omnibus sibi addictis, nullo prorsus excepto, fruatur Amnestiæ beneficio, cum omnibus Clausulis supra Art. II. & III. generaliter & specialiter expressis, sitque recepta in participationem Pacis Religiosæ & Profanæ, ac præfertim gaudeat omnibus beneficiis Concessionibus & decisionibus supra Artic. V. de Compositione Gravaminum expressis &c.

1647.  
Julius.

## S. X.

Die Hessen-Cassellischen sind damit nicht zufrieden.

Die Hessen-Cassellischen aber waren mit solchem Project nicht zu frieden, sondern beharreten immer fort bey ihren ersten Postulatis; und, damit desto besser in die Augen fallen möchte, worinnen ihre Forderungen, von den Kayserlichen Project,

so wohl in puncto *Successionis Marburgensis*, als in puncto *Satisfactionis* unterschieden seyn; so machten dieselben, nachstehende differential-Puncten in denen sub. N. I. anliegenden Monitis bestandt.

Derselben Monita über das letztere Kayserliche Project.

## N. I.

*Monita Legatorum Hasso-Cassellanorum ad Resolutionem Cæsaream in Causa Marburgensi & Satisfactione Hassiaca.*

Cæsarea Resolutio I. Julii Monasterii exhibitæ ab ultima Declaratione Hassiaca differt adhuc in sequentibus:

1.) Cæsareani Domini Plenipotentiarum faciunt tantum relative mentionem *Amnestiæ* in Artic. II. & III. comprehensæ. Non contradicunt quidem Legati Cassellani, sed acceptant hanc concessionem, ita tamen, ut post verba: *Cæsarea Amnestia*, proposito modo repetatur & verborenis Instrumento Pacis inseratur.

2.) Ratione *Abbatie Hirsfeldensis* adjicitur appendix, nempe quod Domus Hasso-Cassellana ea observare teneatur, quæ Art. V. (ubi agitur de libera electione) de bonis Ecclesiasticis disposita sunt. Hoc autem propterea fieri non potest, quia hæc Abbatia extincto Capitulo non solum ante Annum 1624. cum bonis Hassiacis commixta, & in forma Secularis Provinciæ possessa, sed etiam a Dominis Cæsareanis Plenipotentiarum Domui Cassellanæ antehac simpliciter & in perpetuum concessa fuit.

3.) Circa *Pacta* 1.) ita se declarant Cæsareani Domini Plenipotentiarum, quod Imperator confirmabit Confraternitatem & unionem inter Domum Saxoniam, Brandenburgicam & Hassiacam, eo modo, quo ab aliis Imperatoribus confirmata sunt, sed in retro-Actis hæc confirmatio simpliciter concessa est. Deinde denegatur a Cæsareana Resolutione petita confirmatio 1) *Pacti Hassiaci Hereditarii* de Anno 1568. in Domini Philippi Senioris Testamento radicati. 2.) *Pacti Primogenituræ*, non obstante, quod hæc confirmatio in retro-Actis fuerit concessa. 3) *Pacti Waldeccensis*. 4.) *Pacti Hanovici*, ut & 5) *Concessio Privilegii Majorennitatis*. Non recusat Domina Landgravia hoc nomine Cæsaream Majestatem cum debita reverentia adire, dummodo de effectu & ipsa confirmatione per hanc Pacificationem certa sit.

4) In *Causa Marburgensi* consentire non possunt Legati Cassellani in conditionibus juxta projecti tenorem firmiter inhaerent, ut nempe restitutis ante omnia bonis & juribus patrimonialibus ad hereditatem Marburgensem non pertinentibus, nec non una hereditatis quarta ab ipsis Darmstadinis Lineæ Cassellanæ olim asserta, reliqua quarta controversa, salva antiqua divisione, & electione Domui Cassellanæ, permissa, quid e suis terris Lineæ Darmstadi-



1647. na relinquere velit, inter utramque Lineam Cassellanam & Darmstadinam 1647.  
Julius. proposito modo dividatur. Julius.

5.) Jura directi Domini *Episcopatus Mindensi* in quatuor *Praefecturas Schaumburgicas* asserta, sine exceptione aut reservatione Utilis Domini (utpote cum Directo consolidatum vindicavit Episcopus Mindensis) Domina Landgravia concessa sunt, hoc tamen non obstante ulteriorem utilis Domini dispositionem dictarum Praefecturarum Caesareae dispositioni jam non solum reservatam volunt Domini Caesareani Plenipotentiarum, sed immutarunt etiam Projectum Cassellanum circa praetensionem Brunsvicensis.

6.) In Puncto *Satisfactionis* propius non accedunt sed potius recedunt Domini Caesareani Plenipotentiarum, dum Postulatis Hassiacis ad ultima nempe ad decies centena Thalerorum Imperialium millia, partim in terris & bonis, partim in hypothecis, partim in parata pecunia expedienda redactis, hypothecam in Comitatu Arensbergi oblatam, non solum omittendo tacite revocant, sed etiam denegata exhibitione Urbariorum & librorum Censuum, a Domina Landgravia contributionis Catastrum exigunt.

7.) *Satisfactionis Militiae* Hassiacae in totum silentio praetereunt Domini Caesareani Plenipotentiarum.

8.) *Destruktionem Fortificationum* in locis restituendis permittere nolunt Domini Caesareani Plenipotentiarum, a qua tamen Legati Cassellani, nisi se proprio gladio jugulare velint, nulla ratione recedere, multo minus exportationi tormentorum, annonae, aut reliqui apparatus bellici & petitae conscientiarum libertati renunciare possunt &c.

## §. XI.

Darmstädtisches neues Project. Und ob wohl ferner die Hessen-Darmstädtische Gesandten, auf Einrathen der Chur-Sächsische, nachgesetztes Project, sub. N. I. den Kayserlichen Plenipotentiarum einliefferten; so waren dennoch die Hessen-Casselsche damit ebenfalls nicht zu frieden, sondern insistirten beständig und unbeweglich ihren ersten Puncten, worbey sie sich allemahl auf die Französische Assistentz verliesen. Wird von Cassel eben nicht acceptiret.

## N. I.

Project von Hessen-Darmstädtischer Seite, zu Beylegung der Marburgischen Successions-Sache.

Circa causam Successionis Marburgensis inter Caesaream & Regias Majestates, consentientibus Sacri Romani Imperii Statibus, ita conventum est, ut Dominus *Georgius* Landgravius, seu Domus Hassio-Darmstadina cum primis restituat omnes ditiones, territoria & Jura Patrimonialia Cassellana, quae ad hereditatem Marburgensem non pertinent, sed fructuum, interesse & expensarum nomine, per Sententiam Caesaream & Transactionem Domui Darmstadinæ obvenierunt, ut est *Comitatus Inferior Catimelibocensis*, cum vestigalibus aliisque pertinentiis, nec non pars Urbis *Umstadtensis*, in quantum Lineam Cassellanam spectavit, *Dynastia Smalcaldensis*, junctis Vogtejis, *Herrnbreitungen*, *Broderod*, *Hallenberg* & *Steinbach*, maneat quoque apud Domum Cassellanam. Vogtejae proventus, bona & jura, quae ad Academiam Marburgensem pertinuerunt, & Anno 1627. per Transactionem Domui Cassellanae cessa sunt, eaque omnia sine ulla reservatione vel conditione, nisi quod Praefectura *Hohenstein* nec non *Braubach* & *Umstadt* pro parte, quae ad Lineam Cassellanam ante pertinuerunt, Domui Darmstadinæ pro æquivalentibus terris in Hassia sitis, relinquuntur, dimidia vero pars totius hereditatis Marburgensis, quae in litem Anno 1605. deducta, & per Sententiam Domui Darmstadinæ & infecutam Transactionem adjudicata & restituta fuit, in duas æquales dividatur partes, & sic tota hereditas ad casum intestati reducatur, quarum una pars Domui Darmstadinæ assignetur, in eaque comprehensa sit Academia cum dimidia parte bonorum & reddituum ejusdem, Civitas & Prae-